



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XXIV. De sepulturis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

ANNO CHRISTI 1420. mas voluntates , per excommunicationem in personas , & interdicti in loca sententias , quindecim tamen dierum canonica monitione præmissa ferendas , ab huiusmodi impedimentis desistere compellantur . Ad quarum executiones & debitas aggrauationes procedente tempore faciendas , episcopi & prælati , ad quos testamentorum defensio , vtroque iure suadente , dinoscitur pertinere , tam beneuulos se exhibeant & paratos , ne huiusmodi negligentia de eorum manibus in die disticti iudicij requiratur .

XXIV.

De sepulturis.

Insuper statuimus , & sub poena suspensionis præcipimus firmiter & monemus , ut quilibet sacerdos prouinciae Saltzburgensis , cuiuscumque dignitatis seu eminentiae , status vel religionis fuerit , infra octo dies causa legitima cessante , postquam ei de morte archiepiscopi vel proprii episcopi prædictæ prouinciae constiterit , per se vel per alium Missam pro defunctis dicat , in remedium archiepiscopi aut episcopi memorati .

XXV.

De parochiis.

Nos sanctorum patrum , qui ecclesiæ sanctæ Dei & personis ecclesiasticis terminos , quos non licet transgreedi , posuerunt , statuta considerantes , huius sacri approbatione Concilii , vniuersis sacerdotibus tam religiosis quam secularibus , cuiuscumque ordinis , conditionis siue status existant , in ciuitate dioecesis vel prouinciae Saltzburgensis degentibus , sub debito iuramenti quod episcopo in receptione sacerdotii præstiterunt , sub interminatione diuini iudicii inhibemus , ne quis alienum parochianum , cuius cura per episcopum , vel loci archidiaconum , seu eius vicarium , alii est concessa (excepta necessitatis causa , qua legem non habet) ad confessionem recipere , aut ei aliquod ecclesiæ sacramentum porrigerre presumat , non petita desuper & obtenta licentia proprii sacerdotis ; cum [†] minime In quadam ms. do- incerti & indubitati iuris existat , talem a tali crimine fiderabatur.

Concil. Tom. 29.

Ssss